

*De la libreria de el Sr. Coll. P. de Sal.*

NOVÆ

DECLARATIONES

CONGREGATIONIS

S. R. E. CARDINALIUM,

Ad Decreta Sacros. Concil. Tridentini, iisdem  
Declarationibus conferta:

*Additis pereruditis Observationibus, quibus Concilij præscripta,  
affuso ubertim, ex Theologia, & Canonum  
disciplina, lumine colluſtrantur.*

Omnia nunc primùm vulgata,

Ex Bibliotheca Illustrissimi CARDINALIS ROBERTI  
BELLARMINI. R. M.



LYGDVNI,

SYMPTIBVS LAVRENTII DVRAND

M. D. C. XXIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.





ILLVSTRISSIMO DOMINO

D. CLAVDIO EXPILLI  
EQVITI, D. DE LA POEPE,  
IN DELPHINATIVM CVRIA PRÆ-  
SIDI, IN ARCANO STATVSVE REGIS  
Consistoriis Consiliario, & apud Subalpinos De-  
legato, &c.

**R**E DEO tandem in patrium solum,  
cmenso benè vasti maris circuitu,  
tota Italia, Hispania, Belgióque, gra-  
ui cura, grauiore sumptu enauiga-  
tis, (VIR AMPLISSIME.) Re-  
deo (inquam) non plenâ, sed vacuâ, & vix saluâ  
naui, quippe continuis aduersæ fortunæ flatibus  
iactatâ miserè, malè feriatorum conatibus concus-  
sâ fcedè, non semel ab incautis vectoribus velut ad  
fatalem Siculi freti scopulum allisâ, ad cásque pro-  
uectâ cautes, vbi extremum paternarum opum  
multis annis antè quæsitarum naufragium adiissem  
propè, nisi longioris circumuectionis tædio ad an-  
tiquos lares applicassem.

VNUM est quod me tot defunctum periculis, tot  
procellis iactatum, tam longis itineribus fractum



SACROSANCTI  
CONCILII TRI-  
DENTINI CANONES  
ET DECRETA;

SVB PAVLO III. PONT. MAX.  
*celebrata, die xij. mensis Decembris,  
Anno Dom. M. D. XLV.*

SESSIO PRIMA.

*Decretum de inchoando Concilio.*

**P**LACETNE vobis, ad laudem & gloriam sanctæ & indiuiduæ  
Trinitatis, & Patris, & Filij, & Spiritus sancti, ad incrementum, & ex-  
altationem fidei, & religionis Christianæ, ad extirpationem hære-  
sum, ad pacem, & vnionem Ecclesiæ, ad reformationem Cleri, &  
populi Christiani, ad depressionem, & extinctionem hostium Chri-  
stiani nominis decernere, & declarare, sacrum Tridentinum & generale Conci-  
lium incipere, & inceptum esse? *Responderunt, P L A C E T.*

*Indictio futura Sessionis.*

Et cum proxima sit celebritas Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, & sub-  
sequantur aliæ festiuitates labentis & incipientis anni, placetne vobis primam  
futuram Sessionem habendum esse die Iouis post Epiphaniam, quæ erit septima  
mensis Ianu. anno Domini M. D. XLVI. *Responderunt, P L A C E T.*

**DECLARATIONES SA-  
crae Congregationis Cardinalium ex-  
plicationi S. Concilij Triden-  
tini prepositorum.**

**C**ongregatio Cardinalium est non so-  
lum ad exequendum, sed ad interpre-

tandum Concilium Tridentinum, non ob-  
stante Bulla Pij IV. sic concessit Pius  
Quintus.

Non oportet Decreta Congregationis  
à Papa confirmari & publicari.

Congregatio non admittit que spe-  
ctant ad Datariam, vt Dispensationes, pro-  
uisiones, &c.

A

OBSER